



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod vera fides imagines assumit ad diuinum cultum in Ecclesia, non vt  
eis cultus latrie exhibeat excepta imagine Christi: sed qu [...]dam  
significationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

Quod vera fides imagines assumit  
ad diuinum cultum in Ecclesia, non ut  
eis cultus latrie exhibeat, excep-  
ta imagine Christi : sed qua-  
dam significationem.

**V**Era enim fides imagines quasdam  
assumit ad diuinum cultum in Ec-  
clesia quas fideles adorant : & in  
tabernaculo erant imagines cherubin  
(ut legitur. Exodi. xxv. q) uamuis neq; in  
veteris legis tabernaculo seu templo ne  
q; etiam nunc imagines constituuntur :  
ut eis cultus latrie exhibeat : sed ad  
quandam significationem, ut per huius-  
modi imagines mentibus hominum im-  
primatur & confirmetur fides de excel-  
lentia Angelorum & sanctorum. secus  
est de imagine Christi: cui ratiōe diuini  
tatis latria debetur. Hęc sc̄tūs Tho. ii. ii.  
q. ccccxciiii. ar. ii. ad primū. Sed nūc po-  
nere imagines Christi & sc̄torū & adora-  
re eas licet: quāuis nō ī veteri testamēto

## TRACTATVS

vt idem doctor tenet in tertio sententia  
rū & hoc adoratione dulie tantū. vt pro  
bat. iii. perte. q. xxv. ar. vi. de reliquiis san  
ctorū : ergo faciens irreuerentiam ima  
gini facit similiter imaginato : quia vt  
idem doctor tenet ar. ii. eiusdem questi  
onis . Damascenus introducit basiliū  
dicentē imaginis honor ad prototypum  
pertinet. i. exemplar.

**Quod faciens irreuerentiam imagi  
ni facit etiam imaginato  
per ipsam .**

**N**am vt idem doctor dicit. ii. ii. q.  
lxxxi. ar. iii. ad tertium quamuis i  
maginibus non exhibetur Reli  
gionis cultus secundū quod in seipsis con  
siderantur quasi res quedam scilicet de li  
gno & lapide : sed secundum quod sunt i  
magine ducentes in Deum incarnatum  
vel sanctos : motus autem qui est ad ima  
ginem prout est imago non consistit in